



BOLETIN DEL CLERO

DEL

OBISPADO DE LEON.

SENTENCIA RECIENTE

DECLARANDO OBLIGATORIO EL PAGO DE OBLATAS.

D. Leandro Mateo Alonso, escribano actuario de este Juzgado de 1.^a instancia de La Vecilla, Certifico: Que, pendiente el precedente juicio de este juzgado en grado de apelación, se ha dictado la sentencia siguiente: En La Vecilla á once de Octubre de mil ochocientos ochenta y dos; el Sr. D. Gregorio Martinez Cepeda, Juez de 1.^a instancia de esta Villa y su partido, en el juicio verbal civil entre partes; de la una como demandante, D. Pedro Fernandez Recio, cura párroco de Llanos de Alva, y de la otra como demandado, Manuel Díez Laiz, mayor de edad, casado, labrador y vecino del mismo pueblo, sobre el pago de veinte y cuatro libras de pan de trigo, seis cuartillos de vino, y doce onzas de cera, procedentes, de ofrendas debidas y no pagadas, por los dias de la conmemoración de los difuntos y Natividad de Nuestro Señor Jesucristo del año de mil ochocientos ochenta, Pascua de Resurrección, Fieles difuntos, y Natividad de mil ochocientos ochenta y uno, y Pascua de Resurrección del corriente año; juicio pendiente en apelación por el demandante de la sentencia dictada por el Juez municipal de La Robla á dos del mes próximo pasado, absolviendo libremente al demandado, sin hacer especial condenación de costas; Resultando así de los documentos testimoniados como de atestiguaciones recibidas á instancia de la parte actora, que el pueblo de Llanos y sus vecinos vienen de antiguo satisfaciendo á la Iglesia ó cura párroco del mismo por via de oblata ú ofertas, en determinados dias de cada

año, ciertas cantidades en las especies indicadas, las cuales han sido objeto entre los interesados de uno y otro lado, de modificaciones, por convenios, de los que el último fué celebrado y aprobado por la autoridad Diocesana en el año de mil ochocientos veinte, y á él esta ajustada la demanda; Considerando que tales prestaciones, sea cualesquiera el nombre con que se las conozca, percibidas por los párrocos en vista de costumbre antigua sancionada por el derecho, dejaron de ser voluntarias, y se hicieron obligatorias, conservadas y respetadas por larga série de años, y reconocida su legalidad por la Ley de 24 de Junio de mil ochocientos treinta y siete, no alterada en el particular por el concordato de mil ochocientos cuarenta y cinco, y vuelta á consignar por la base vigésima cuarta de la Real cédula de tres de Enero de mil ochocientos cincuenta y cuatro, han figurado siempre y figurando continúan como elemento de la dotación del Clero, sin el cual quedaría este insuficientemente dotado; Vistas las citadas disposiciones legales, y las Reales órdenes de 25 de Setiembre de mil ochocientos sesenta y siete, y tres de Junio de mil ochocientos setenta y dos;

Falló que debía revocar y revocaba la sentencia apelada y en su lugar, debía condenar y condenaba al demandado Manuel Diez Laiz, como vecino del pueblo de Llanos de Alva al pago de la porción de especies demandadas en el concepto porque lo han sido al Don Pedro Fernandez Recio, cura párroco del mismo pueblo su demandante, sin condenación especial de costas á parte alguna; así por esta sentencia con cuyo testimonio para su ejecución se devuelvan dentro de segundo día los autos originales al Juzgado municipal de su procedencia. Lo mandó, proveyó, pronunció y firmó el expresado Sr. Juez de que doy fé. =Gregorio Martinez Cepeda.= Ante mi, =Leandro Mateo.

Habilitacion del Culto y Clero de la provincia de Leon.

Queda abierto el pago de la mensualidad de Diciembre con descuento correspondiente al cambio de letra sobre la Dirección del Tesoro, recibida en pago de la expresada mensualidad.

Se recomienda la devolución inmediata de los recibos de pagos por obligaciones anteriores al primero de Julio último.

Interesa á los herederos de los partícipes del presupuesto eclesiástico que acrediten en breve tiempo el dere-

cho á percibir las asignaciones devengadas por estos hasta el día de su fallecimiento. Al efecto se requiere:

1.º Certificado de la partida de defunción expedido por el Juzgado municipal.

2.º Testimonio de la copia del testamento en el cual se inserte: 1.º La cabeza del testamento, 2.º Cláusula de institución de testamentarios, 3.º Cláusula de institución de herederos y 4.º Pié del testamento.

3.º Documento en que se acredite haber satisfecho á la Hacienda pública los derechos reales sobre la cantidad que han de recibir de la habilitación

Por falta de estos justificantes se reintegró al Tesoro en 28 de Junio pasado la cantidad de 67 pesetas 50 céntimos adeudadas á los herederos de D. Cayetano Paniagua, párroco de Cistierna y en 18 de Diciembre último 61'88 á los de D. Felipe Balbuena, párroco de Valdescapa.

León 16 de Diciembre de 1882.—Fabian Zorita.



LA COMISIÓN NOMBRADA POR EL EXCMO. É ILMO. SR. OBISPO

DE ESTA DIÓCESIS DE LEÓN, PARA LA INSTRUCCIÓN DE EXPEDIENTES SOBRE ARREGLO DE CAPELLANÍAS COLATIVAS DE SANGRE Y OTRAS FUNDACIONES ANÁLOGAS.

Hace saber: Que en cumplimiento de lo dispuesto en el Convenio últimamente celebrado con la Santa Sede y publicado como ley del Estado por Real decreto de 24 de Junio de 1867 sobre el arreglo definitivo de las Capellanías colativas de sangre y otras fundaciones piadosas de la propia índole, y principalmente en la parte á que se refieren sus artículos 12 y 13 y los 34 y 35 de la Instrucción acordada entre el M. R. Nuncio Apostólico y el Excmo. Sr. Ministro de Gracia y Justicia para llevarle á debida ejecución, esta Comisión está instruyendo los oportunos expedientes promovidos á instancia de parte sobre conmutación de bienes de las Capellanías fundadas en las Iglesias y por los sujetos siguientes: la de Ntra. Señora del Rosario por el licenciado D. Gregorio Blanco y la de San Juan Evangelista por D. Juan Diez en la parroquia de Prioro: la de San Antonio de Padua por D. Francisco Corbera y Doña María Ordóñez en la de San Miguel del Valle. Cuyas Capellanías se hallan vacantes y con arreglo al art.º 4.º del expresado convenio han de quedar subsistentes.

Por tanto, en virtud de este edicto cita, llama y emplaza á los encargados del patronato activo, á los interesados en el pasivo y

en general á todos los que se crean con derecho á los bienes que constituyen las enunciadas Capellanías para que en el término de treinta dias contados desde esta fecha comparezcan en dicho expediente á exponer el que creyeren convenirles, bajo apercibimiento de que pasado este plazo se procederá, sin su audiencia, á determinar lo que corresponda parándoles el perjuicio que hubiere lugar. Y para que surta los efectos consiguientes por acuerdo de esta misma fecha he resuelto librar el presente que se fijará en las puertas principales de las citadas Iglesias y se insertará en los Boletines eclesiásticos del Obispado y oficial de la provincia.

Dado en León á 5 de Enero de 1883.—Cayetano Sentís y Gran, Presidente.—Clemente Bolinaga, Vocal Secretario.—Hay un sello.

*Junta de Reparación de Templos
y edificios eclesiásticos de la Diócesis de León.*

ANUNCIO.

En virtud de lo dispuesto por Real orden de 21 de Diciembre último, se ha señalado el día 16 de Febrero próximo á las once de la mañana para la adjudicación en pública subasta de las obras de reparación de la iglesia parroquial de San Tirso de Sahagún bajo el tipo del presupuesto de contrata importante la cantidad de cinco mil ciento diez y nueve pesetas, sesenta y seis céntimos.

La subasta se celebrará en los términos prevenidos en la Instrucción publicada con fecha 28 de Mayo de 1877, ante esta Junta diocesana, hallándose de manifiesto en la Secretaría de la misma, para conocimiento del público, los planos, presupuestos, pliegos de condiciones y memoria explicativa del proyecto.

Las proposiciones se harán en pliegos cerrados ajustándose en su redacción al adjunto modelo, debiendo consignarse previamente como garantía para tomar parte en esta subasta la cantidad de doscientas cincuenta y cinco pesetas, noventa y ocho céntimos en dinero ó en efectos de la Deuda, conforme á lo dispuesto por Real decreto de

29 de Agosto de 1876. A cada pliego de proposición deberá acompañar el documento que acredite haber verificado el depósito del modo que previene dicha Instrucción.

León 13 de Enero de 1883.

† SATURNINO, OBISPO DE LEÓN.

MODELO DE PROPOSICIÓN.

D. N. N. vecino de..... enterado del anuncio publicado con fecha 13 de Enero próximo pasado, y de las condiciones que se exigen para la adjudicación de las obras proyectadas en la iglesia de San Tirso de Sahagún, se compromete á tomar á su cargo la construcción de las mismas con extricta sujeción á los expresados requisitos y condiciones, por la cantidad de.....

(Fecha y firma del proponente.)

Nuestros lectores verán con gusto este importantísimo trabajo del Sr. Castrillón.

Monialium Cisterciensis ordinis in diocesi Legionensi monasteria.

B. Bernardi doctrinæ sanctitatisque fama è Claravallensi monasterio exsiliens universam qua latè patet Ecclesiam pervaserat, nomen decusque concilians Cisterciensi instituto, cujus religioso habitu insignitus fuerat, ut solet patri filius rectè moratus. Hinc christianarum pleræque nationum nihil habuerunt antiquius quam ut novam monasticam familiam, quæ tales scientia et virtute alebat natos, certatim susciperent et sedulo propagarent. Quod in aliis regionibus acciderat non poterat non evenire in nostra Hispania, in qua veluti in proprio solo egregia quæcumque opera imis latisque radicibus coalescunt; potissimum cum soror Imperatoris Sancia, Justitiæ culmen et Pietatis apex jure merito appellata (1) et Abbatem Claravallensem, cujus familiaritate (2) utebatur, et sacrum cui mi-

(1) Epitaphium Sanciæ in Legionensium Regum Pantheo.

(2) S. Bernardus Epist. 301. Sanciæ sorori Imperatoris Hispaniæ anno 1149.

litabat ordinem quantum in se erat diligeret. De asceteriis Cisterciensium monialium in Legionensi diœcesi fundatis solummodò acturus, ne in alienam segetem falcem mittere videar, non sine animi mœrore, prætereundum duxi quæ et quanta erga Cisterciense institutum, in Regnis fratris sui imperio subjectis, princeps illa piaque femina fecerit. Ab omni ergo alia re distractus commissum mihi munus protinùs aggrediar.

Duo tantum Monialium Cisterciensis ordinis monasteria, quod sciam, in Legionensi diœcesi ad hoc tempus exstiterunt, scilicet quod vulgò dicitur *de Gradefes* et quod *de Otero de las Dueñas* nuncupatur, sumptis nominibus à locis ubi ab ipsorum conditoribus sita fuere; quod quidem secundum adauxit cognomine ab ipsis religiosis feminis illud incolentibus mutuato. Primum adhuc floret, aucta ejus communitate accessione Sanctimonialium ejusdem instituti, quæ olim in monasterio S. Bernardi *de Aviles*, Ovetensis diœcesis, Deo se mancipaverant. Secundum ad nostram usque tempestatem vixit, ad annum videlicet 1868, quo ejus Monachæ expulsæ ab impio Gubernio, ex communi rerum perturbatione oborto, inter Ascetrias parthenii *de Villoria*, ordinis Præmostratensis, ad Asturicensem diœcesim spectantis, hospitii vel potius refugii locum invenerunt. Non multis ab hinc diebus Moniales superstites *de Otero*, amore propriæ ordinis percitæ, ad præfatum monasterium *de Gradefes* petierunt, ibique apud sorores magna lætitia degunt. Pauca de utrisque singillatim dicam.

S. Mariæ de Gradefes monasterium.

Gradefes oppidum est ad dexteram fluminis *Esla* situm, quinque à Legionensi civitate leucis, quæ ad orientem vergit, intra hujus provinciæ et diœceseos fines. In hoc loco aeris placida suavitate terræque uberibus fructibus valde commendato fundatum est anno 1168 Monialium monasterium sub advocazione S. Mariæ, religiosa pietate nobilissimæ femine D. Teresiæ Perez, (1) viduæ D. Garcia Perez, prædicti loci toparchæ, pari nobilitate, utpote uterque Regiæ Aragonum domûs sanguine cretus. Juvenis adhuc cum ejus vir è vita decessisset, Deo se totam suaque omnia devovere constituit. Itaque in cœnobio ab ipsa non modico sumptu constructo, simul cum aliis adolescentulis, partim consanguineis partim domesticis, quæ eam sequi voluere, nonnullisque Monialibus è Tulebrensi cœnobio S. Mariæ Charitatis sacro, Turiasonensis diœcesis ad id opus adductis, sese recepit, vota que religiosa emitens sub Regula S. Benedicti juxta Cisterciensem Reformationem, Abbatissaque communi

(1) Manriqueus, Annal. Cisterc. tomo 2, pro Perez habet Garcia, quod est nomen viri.

suffragio renuntiata, insigni monasterio S. Mariæ de *Gradefes* Cisterciensis ordinis fundamenta jecit. In professione ut mos est Mariæ nomen sibi adscivit, retinens tamen prius Teresiæ: idcirco in syngraphis, ipsa Abbatissa, confectis modo Maria modo Teresia nuncupatur. Obtulit etiam monasterio pro cultus et monialium sustentatione, ædificiique conservatione perplura oppida ut *Gradefes, Llamas, Herreros, Villaverde, Valmatedo, Mansilla Mayor, Quintanilla del Paramo, Villamudarra* et alia quæ cum summo in ea imperio à rege Alfonso VII, imperatore cognominato, dono acceperat vir ejus ob sua in Saracenorum bello optime merita. Novennio post ecclesiam quæ nunc stat, juxta stylum quem dicunt latino-bizantinum ædificatam, commodulatione et venustate nulli secundam, adjunxit, prout habet sequens in lapide incisa inscriptio, parietem ipsius ecclesiæ adhærens:

ERA MCCXV KLS MARCII FVNDATA EST ECCLESIA SANCTE MARIE DE GRADEFES AB ABBATISSA TARASIA.

Ex lapidibus affabrè perpolitatis condita, tribus alis vel, ut jam receptus fert usus, navibus, fornicibus tectis, constat, quarum laterales in posticum centralis se jungentes hemicyclum constituunt, fenestris instructum, qui in tres absides defluit. Media navis extremis, id est australi et septentrionali, celsior continet cellam, semiorbicam figuram referentem, septem circumornatam arcubus, totidemque fenestris, cujus centrum ciborium, veluti altaris umbraculum, tenet. Si universa quæ interiùs exteriùsve hanc ecclesiam honestant singulatim enarrare liceret neque columnas quæ centralis navis pilas ambiunt vel fenestris aptantur, neque capitella quibus illæ coronantur, neque arcuum acutam formam semicircularemve fenestrarum, neque demum mensulas quibus absides extrinsecùs cinguntur omittenda fore videretur. Ad aream templi adeo decori et pulchri per unicam januam acutè arcuatam, serræque dentibus ornatam aditus patet. (1) Inter sepulcra quæ ingredienti se inspicienda offerunt unum tantum dignosci potest, ac proinde hoc referre sufficiat, quod continet nempe statuam sacerdotis jacentem sequensque epitaphium:

AQVI IAZ DON NICOLAS QVE FVE CAPELLAN DESTE MONESTERIO ET CANONIGO DE LA EGLESIA DE LEON ET FINO DOMINGO XXII DEL MES DE MARZO ERA DE MIL E CCC E LXIV ANNOS.

De alio in presbyterio sito, ad exuvias fundatricis ipsiusque viri forte destinato, licet prioris nihil unquam continuerit,

(1) F. J. Parcerisa, Recuerdos y Bellezas de España, Asturias y León. Madrid. 1855.

non remanet quidquam nisi statuæ jacentes. Cæterorum memoriam tempus edax hominumque incuria veluti ex conducto ab integro deleverunt.

Vita functa est abbatissa Teresia in bona senectute era MCCLX, (1) quæ est annus 1222, ideoque dignitatem abbatialem obtinuit per longum 56 (2) annorum intervallum. Ut ne mortua discederet à sororibus, quæ viventi adeo cordi illi erant, jacet in Capitulo; vir autem ejus in ecclesia juxta altare majus. In ipso Capitulo placida compositam pace quiescere fertur fundatricis neptem, Gradefiensem monacham, omni virtutum genere eximiam, cujus memoria, præter claram stirpem et sanctitatis famam, ita oblitterata est ut etiam nomen desideretur. Quantum omnium virtutum genere claruerit Teresia apprime enarrat Menologium (3) Cisterciense sequenti elogio: «Sexto idus Maii. Hispania beata Teresa virgo, quæ in »Cœnobio beatæ Mariæ *de Gradefes* à se constructo, disciplinis »Cisterciensibus se subjecit, et splendorem Regii sanguinis admirandis virtutibus et miraculosis operibus decoravit, et cæteris »Virginibus, quibus dignitate Abbatiali prudentissime præfuit, »egregia sanctitatis exempla reliquit.»

Interfuit duobus Capitulis quæ in cœnobio S. Mariæ *de las Huelgas* prope *Burgos* celebrata sunt. Primum die 27 aprilis 1187 ut monasteria Monialium Cistercii in Castellæ et Legionis regnis constituta instar Congregationis componerentur, illudque *de las Huelgas* ceu caput cætera agnoscerent. Secundum non multo post tempore ut ea quæ, sicut Gradefiense, in priore submissionem non præstiterant obedientiæ vinculo quo tenebantur præpedita, illo soluto, Abbatissæ Huelguensi subjicerentur. Qua facta submissione, obtenta ad id Tulebrensis Abbatissæ licentia, Abbatissa *de Gradefes* pro tempore existens cum

(1) Manriqueus, loco citato, assumit eram pro anno, sicque ait Teresiam mortuam era MCCXXII, quæ respondet anno 1184.

(2) Liber *Tumbo* vel *Becerro* vulgò appellatus, hortatu D. Mariæ de Quiñones Pimentel, abbatissæ perpetuæ S. Mariæ *de Gradefes*, a Fr. Matheo de la Vega, monacho S. Mariæ *de Sandoval*, anno 1594 conscriptus. Servatur in Gradefiensis monasterii tabulario.

(3) Menologium Cisterciense notationibus illustratum, auctore R. P. Chrysostomo Henriquez. Antuerpiæ MDCXXX. f. Libet huc inserere adnotationem huic loco subjectam, quæ sic se habet: «Maii 10. Teresa. De ea scripserunt »Petrus de Urceyo in Hispanico Itinerario, Philippus Seguinus, libro 3 »Sanctorum Ordinis Cisterciensis, cap. 121 tit. De Sancta Teresa cœnobii *de Gradefes* Abbatissa, ubi habet: Teresa virgo sanctissima et celeberrima, ex Regio Aragonicorum sanguine oriunda, in legionensi diocæsi Cœnobium, quod *de Gradefes* dicitur, sacris Virginibus Cisterciensium Ordini consecratis extruxit, egregieque dotavit. In eo Cœnobio aliquot annis soli Deo inserviens, multas Virgines sub Religione monastica aggregavit, quibus prima præfuit. Quiescit ibidem multis et sanctis operibus gloriosa.»

tribus aliis, ordine verò secunda, deputatur ut annuatim visitationem instituat monasterii *de las Huelgas*, ejusque Abbatissæ et monialium.

Anno 1245 (1) ex monasterio Gradefiensi ortæ sunt Sanctimoniales quæ, ab abbatisa D. Teresia Alfonso missæ, novum *de Otero* postea *de las Dueñas* cognominatum, in Ovetensi diocesi, incoluere, ibique Cisterciensem militiam protendere studuerunt. Hinc evenit ut illius Abbatissa in hoc plenam jurisdictionem haberet ut Mater, Antistita et legitima Administratrix.

Abbatissa Huelguensi adprecante, Leo papa X per Litteras Apostolicas die 13 novembris 1517 datas interdixit sacros conferre habitus in monasteriis filiationis et obedientiæ illius Abbatissæ sine ejus licentia in scriptis, assignans cuique numerum religiosarum feminarum quæ recipi possent, qui in monasterio Gradefiensi in 20 ex iis quæ ad chorum adscriptæ sunt et 5 (2) conversarum quas dicunt consistit.

Quando in hoc cœnobio, juxta novum Regularium jus, post Tridentinum Concilium à Gregorio XIII in Const. *Exposcit* præcipuè statutum, Abbatissis perpetuis successerint triennales ne planè latet; compertum tamen habeo hoc post annum 1594 eventum iri, etenim D. Maria de Quiñones Pimentel quæ hoc munere tunc temporis fungebatur Abbatissa perpetua adhuc nuncupata in publicis tabulis reperitur.

Anno 1618 Moniales *de Gradefes* ad civitatem *Medina de Rioseco* translatae sunt, orbem ab incolis oppidum et incommoda inde emergentia obtendendo, quasi stante monasterio in deserto loco urgeret monitum Tridentinum; sed ingentia damna præsertim in re familiari expertæ ad pristinum domicilium, gratulantibus Gradefiensibus, reluctantibus è contra Metymnensibus redierunt anno 1623, duce D. Elisabetha Maria de Quiñones et Acuña, è Carricensi monasterio, in Asturicensi diocesi, adducta in Abbatissam Gradefiensis, sub cujus docto regimine hoc cœnobium adeo floruit ut ejus ædificia in ruinam prona veluti è ruderibus erecta viderentur.

Ut usu receptum erat monasterium Gradefiense jure filiationis Tulebrensi ab initio subdictum fuit; sed anno 1189 in hoc jure suffecta quoad monasteria Castellæ et Legionis Abbatissa S. Mariæ *de las Huelgas*, quæ ut nolum est ex tunc, singulari prorsus privilegio, potestate quasi episcopali polluit, à præfata Abbatissa dependere cœpit Gradefiense. Nihilominus ab ordina-

(1) Manriqueus, Annal. Cisterc. tomo 3. levi conjectura ductus ait ex monasterio Gradefiensi exisse sanctimoniales quæ in illo *de S. Columba* propè *Benavente* vitam monasticam anno 1181 inaugurarunt.

(2) Medula Historica Cisterciense, por Fr. Roberto Muñiz, tomo v. Valladolid 1786. 4.º—Apuntes Históricos sobre el monasterio de S. Maria de las Huelgas, por D. José María Calvo. Burgos. 1846. 8.º

rio loci non omnino tunc temporis exemptum fuit, nam era MCCCVII, quæ respondet anno 1269, abbatissa Onega (1) cum omnibus Monialibus obedientiam et subjectionem vovit Episcopo Legionensi juxta Regulam S. Benedicti, *salvo ordine suo*. Nunc autem plenæ jurisdictioni Legionensis Episcopi, ceu jure postliminii restitutum est. Litteris enim Apostolicis *Quæ diversa fel. rec.* Pii papæ IX die 14 julii 1873, quibus privilegiatæ omnes jurisdictiones in Hispaniarum regnis extinguuntur, subjectaque territoria, loca, monasteria propriis vel finitimis diocesisibus adjunguntur, Abbatissæ Regalis domûs S. Mariæ *de las Huelgas* in cætera Castellæ et Legionis cœnobia jurisdictio penitus cessavit, proindeque Monasterium S. Mariæ *de Gradefes* utpote intra Legionensis diocesis fines constitutum, ejusdem Sedis Episcopo pro tempore existenti subjectum fait, ut videre licet in Decreto die 24 januarii 1874 Em. Cardinalis Moreno, Archiepiscopi Vallisoletani, cui Apostolicarum Litterarum executio commissa fuerat.

Gradefiense cœnobium non modò languebat sed penè jam finem attingebat plerisque monialibus naturali morte peremptis, quin aliæ religiosæ seminæ migrantium partes susciperent, cum Legionensis Episcopus Exc. ac Ill. D. Saturninus Fernandez de Castro, quem Deus sospitem servet, tam piæ domûs servandæ desiderio æstuans, illud veluti è cineribus excitavit. Sciens enim Moniales parthenii S. Bernardi *de Aviles*, Cisterciensis ordinis in diocesi Ovetensi, ex quo è suo domicilio à victrici perduellione fuerant avulsæ anno 1868 in monasterio S. Pelagii *de Oviedo*, ordinis Benedictini, ac proinde extra suum institutum vitam agere, seu verius hanc sacram familiam ex defectu propriæ domûs exinanitione interire, nullam non movit lapidem ut hunc Ascetiarum cœtum monasterium S. Mariæ *de Gradefes* attraheret. Hoc modo communi utriusque religiosæ familiæ necessitati consultum volebat. Laudabilia adeo desideria, Deo juvante, felicem effectum obtinere; nam, adepta Ovetensis episcopi venia, die 14 mensis decembris anni 1880 Moniales præfati monasterii S. Bernardi *de Aviles*, quibus nihil aliud in votis erat, prompto hilarique animo, laudantes Deum qui sic infelicis suæ sortis miseretur, ad cœnobium S. Mariæ *de Gradefes* pervenerunt, ubi summa sororum ibidem commorantium et universi populi lætitia receptæ sunt. Post tam faustum eventum, nihil æquè prosperum incasum iri sodalibus Cisterciensibus existimari poterat; et tamen contigit. Etenim alia religiosa familia è loco suo similiter ejecta ad Gradefiense monasterium se contulit, Moniales nempe S. Mariæ *de Otero de las Dueñas*, quæ à proprio monasterio die 30 novembris anni 1868 vi expulsæ apud

(1) España Sagrada, tomo XXXV.

Ascetrias cœnobii *de Villoria*, ordinis Præmostratensis, in Asturicensi diœcesi, sexdecim annos ut hospitiæ degerunt, donec proprii instituti amor tandem effecit ut quæ temporis injuriæ et hominum iniquitati supererant sponte sua remearent ad paternam domum unde majores sui septem retrò sæculis exierant, prout bonorum omnium plausu die 12 septembris hujus anni 1882 factum est.

S. Mariæ de Otero de las Dueñas monasterium.

Quinque à Legionem leucis, ad septentrionalem plagam, non longè à flumine *Luna*, læva parte hujus alvei stat vicus hispanè *Otero de las Dueñas*, qui ad legionensem provinciam, diœcesim vero ovetensem (1) pertinet. Cognomentum *de las Dueñas* à femineis sodalibus proculdubio mutuatum apertè innuit parthenium sub advocazione S. Mariæ Cisterciensis ordinis, illic erectum, de quo nunc sermo. Hujus originem, progressum et finem prout ex authenticis instrumentis in ipsius tabulario asservatis patet quanta possim brevitate enarrabo. D. Maria (2) Nuñez de Guzman, comitissa *de Villalba* (3) *de la Loma*, comitis D. Nunni Melendez (4) filia, femina pietate non minus quam opibus insignis, era MCCLXXVIII, quæ in annum Domini 1240 incidit, egregiam Deo fecit donationem eo animo ut in S. Maria (5) *de Otero* parthenium Cisterciensis ordinis institueretur, hancque curam commissit D. Teresiæ Alfonso monasterii *de Gradefes* abbatissæ, statuens ut tam præfata abbatissa quam aliæ quædam in dignitate successores eandem in novum monasterium potestatem et jurisdictionem haberent quam abbatissa *de las Huelgas* prope *Burgos* notum est gaudere super monasteria Cisterciensium monacharum in Regnis Caste-

(1) Manriqueus, Apendice ad III Annal. Cisterc. tomum, 5, non recte ait S. Mariam *de Otero* esse in Legionensi diœcesi, cum sit in Ovetensi.

(2) Carta de donacion. En el archivo del monasterio de Otero.

(3) F. J. Parcerisa, op. cit., errore deceptus asserit hoc monasterium fundatum à Comitissa *de Luna*. Comitis *de Luna* título primus omnium à rege Enrico IV (1454—1474) D. Dilacus Hernandez de Quiñones fuit insignitus.

(4) Real Cedula de D. Juan I dada en Medina del Campo á 23 de diciembre de 1380. En el archivo del monasterio de Otero.—Nunus vel Nuno Melendi, Menendi aut Menendiz legitur inter nomina Procerum confirmatum in tribus donationibus monasterio S. Petri *de Estlonza* an. 1165 1175-1177, in duabus parthenio Legionensi S. Mariæ *de Carbajal*, 1175-1178 et in una monasterio S. Mariæ *de Sandoval*, 1180, Ferdinando II rege, factis.

(5) *Otero* jam erat B. Mariæ dicatus antequam ibi Cisterciense monasterium fundaretur.

llæ et Legionis. (1) Eapropter ex Gradefiensi monasterio deducta fuit religiosa colonia quæ anno 1245 hoc condidit cœnobium; quod quidem fundatricis munificentia et grato quem ab incunabulis exhalabat virtutis odore brevi adeo crevit tam facultatum quam honorum ac dignitatum copia ut et monasterium non modo prædia, sed integra oppida cum plena juris in eis dicendi potestate acquisiverit, et ejus Abbatissa præclaris titulis Comitissæ *de Villalba de la Loma* et Toparchæ *de Villacintor, Grajalejo, Mataluenga, Otero de las Dueñas* et duodecim servorum *de Vinayo* fuerit nobilitata. His etiam causis referendum sane est quod asceterium *de Otero* jus haberet in solidum nominandi ad parochialia beneficia *de Villacintor, Mataluenga, los Barrios de Luna, Otero de las Dueñas, Benllera, Villabandin* et *Grajalejo*, et ad simplicia *de Irede* prope *los Barrios de Luna, Vinayo* et *Valdefresno* prope *Canales de Luna*; et simul vel vicissim cum aliis Patronis ad parochialia *de Villalba de la Loma, Oncina, Villagonta* et *Saludes de Castroponce*, et ad simplex *de Grajalejo*

Habita filiationis ratione, ut mos erat, et etiam expressa fundatricis ordinatione Abbatissæ S. Mariæ *de Gradefes* potestati monasterium *de Otero* ab initio subditum fuit, salvo appellationis jure ad Abbatissam S. Mariæ *de las Huelgas*, prope *Burgos*. cujus illa communitas filia, hæc neptis existimabatur. Quo quidem jure perraro, si unquam, usum erit sodalitium *de Otero*, cum sæpe sæpius ad Pontificiam Sedem vel ad Apostolicum Nuntium in emergentibus quæstionibus, omisso medio, recurrerit.

Quod non rarò evenit, materno filialique amore temporis tractu frigescente, ægre ferebant Moniales *de Otero* dependentiam ab Abbatissa *de Gradefes*, ut patet ex protestationibus ac litibus quibus talis jurisdictionis exercitium ab illis crebrò impetebatur. Inter hæc jurgia nullum fortassè gravius quam quod exarsit mortua abbatissa D. Francisca de Acuña. Obtinuerat à Leone papa X die 17 martii 1520 ob inimicitias, discordias et odia inter utrumque sodalitium *de Otero* nempe et *de Gradefes*, præcipuè exorta hujus Abbatissæ electionis occasione, quam ea quæ erat *de Gradefes* confirmare renuens confirmavit Deputatus Ordinis Reformatoris, roboravitque ipsemet Romanus Pontifex 14 aprilis 1514; obtinuerat inquam speciale Breve Apostolicum quo, dum ipsa vixerit dumtaxat, Abbatissæ monasterii *de Gradefes* sufficiebatur Abbas asceterii S. Mariæ *de Belmonte*, ejusdem ordinis et diœcesis, quoad visitationem et correptionem monasterii *de Otero*, necnon ejus Abbatissæ

(1) Fertur hujus Comitissæ sepulcrum illud esse quod in Ecclesia conspiciebatur è regione alterius à vulgo mythici herois Bernardi del Carpio matri tributo.

et monialium. Ex hoc singulari casu occasionem arripuerunt Moniales *de Otero* sese exsolvendi à potestate Abbatissæ *de Gradefes*, afferentes se nulli subditas et subjectas esse in visitatione et correptione nisi Prælati datis et deputatis per Sedem Apostolicam. Proinde inconsulta Abbatissa *de Gradefes*, elegerunt in Abbatissam monasterii *de Otero* D. Beatricem Cabeza de Vaca. Erat tunc Abbatissa monasterii *de Gradefes* D. Anna Ramirez de Quiñones, quæ cum nuncium accepisset de electione, se inscia, peracta, propria jura ac privilegia sarta tecta servare studens, illicò armata manu petivit (1) in monasterium *de Otero*, ibique constituta compulit moniales novam electionem, se præsentem, efficere, et electam, quæ ipsamet D. Beatrix Cabeza de Vaca fuit, præstare illi obedientiam et jurare de stando semper obedientiæ Abbatissæ pro tempore existentis *de Gradefes*. Hac causa ad Sedem Apostolicam anno 1546 ab Abbatissa *de Otero* delata, Sacra Rota Romana die 26 junii anni 1560, utrisque partibus auditis, solemniter declaravit jus confirmandi electionem Abbatissarum monasterii *de Otero*, visitandi ac corrigendi ejus Abbatissam et moniales spectare ac pertinere Abbatissæ pro tempore existenti monasterii *de Gradefes* tamquam illius matri et superiori. (2) Sed cum pax quæ jampridem desiderabatur non inde exurgeret, jussu et auctoritate Romani Pontificis S. Pii V instituta fuit monasterii *de Otero* Apostolica visitatio, quæ anno 1575 ad effectum perducta (3) est; sed incassum quæcumque scitè et cordatè præscripta, cum, quæ parere debuerant, mandatis non steterint.

Anno 1598 adhuc in monasterio *de Otero* non erant inductæ Abbatissæ triennales, etenim D. Francisca de Acuña Osorio quæ hoc eodem anno prædictum asceterium moderabatur Abbatissæ perpetuæ in publicis actis nomen fert.

Præfatam potestatem servavit illæsam Abbatissa *de Gradefes* usque ad annum 1796. Hoc vero tempore prisca illius Abbatissæ in monasterium *de Otero* auctoritas penitus deleta est. Hujus eventus causam summatim refferam. Apostolicus Nuntius in Hispaniarum regnis, suscepta denuntiatione Abbatissæ *de Gradefes*, simul cum valida Catholici Regis commendatione, de collapsa religiosa disciplina inter Moniales S. Mariæ *de Otero*, visitationem Apostolicam hujus monasterii ordinavit, commissitque Lic. D. Augustino Garcia de Atocha, archi-

(1) Ante Tridentinum Concilium, quemadmodum cæteræ Abbatissæ alia præter proprium cœnobia sub se habentes, per se ipsam, post autem per Commissarios visitabat.

(2) Ejecutoriales espedidas en Roma en julio de 1560. En el archivo del monasterio de Otero.

(3) El espediente de esta visita se guarda en el archivo del monasterio de Gradefes.

diacono *de Benavente* in cathedrali ovetensi. Peracta visitatione, inter alia proposuit Delegatus, prout jam antea ipsæmet Sanctimoniales enixè petierant, quod abolita jurisdictione Abbatissæ *de Gradefes*, curæ pastorali Legionensis Episcopi utpote vicinioris Ovetensi cujus est territorium, monasterium *de Otero* commendaretur. Sedes Apostolica huic propositioni benignè annuens per Litteras fel. rec. Pii papæ VI die 14 aprilis 1795 præfatum monasterium *de Otero* à dependentia et subjectione Abbatissæ S. Mariæ *de Gradefes* et cujuscumque Superioris Cisterciensis ordinis sejunxit, Legionensisque Episcopi spiritali jurisdictioni omninò subdidit. Quæ resolutio plenum sortita est effectum per Litteras executoriales Apostolici Nuntii die 2 maii 1796, et per acta episcopalia 14 et 15 septembris ejusdem anni. (1)

Vigebat monastica disciplina sub paterna præfectura Legionensis Episcopi cum facta publicæ rei sus deque conversione, Monasterium S. Mariæ *de Otero* fluctibus illius diri turbidique maris raptatum est. Anno enim 1868, die vero 30 novembris, expulsis Monialibus jussu tam immanis quam impii Gubernii, subversæ societatis legitimi fœtus, monasterio una cum ecclesia non multo post funditùs everso, hæc religiosa ædes, sanctarum virginum olim habitaculum, communi illius populi finitimorumque omnium planctu miserè periit.

Hoc cœnobium eximiis virtutibus illustravit V. D. Lucia Francisca de Losada et Quiroga in oppido vulgò *Cubillos* Asturicensis diœcesis die 13 decembris 1664 nobilibus piisque parentibus orta. A teneris annis magni habens carnis munditiam virginitatem Deo voverat; quapropter etiam si eam matrimonio appeterent nonnulli non certe infimæ conditionis viri, ut par erat cum ageretur de filia toparchæ *de Cubillos, Cubillinos, Cabañas de la Dornilla* et *Finolledo*, et nepte Vicecomitis *de Quintanilla de Florez*, in qua præterea hæc stirpis decora animi celsitudine corporisque venustate extollebantur, omnes tamen Christo Jesu quem sibi sponsum elegerat posthabuit. In præfata domo ingressa ut hospita die 15 octobris 1685 Cisterciensi militiæ nomen datura, aliquod post tempus habitum induit, tyrocinioque optimè expleto monasticam professa est Regulam sub nomine Angelæ Franciscæ à Conceptione. Quamvis non modo doctrinæ sed morum integritate clareret, hinc educta est Sacri Consilii periclitandæ fidei jussu malevolæ delationis causa, et in monasterio Vallisoletano SS. Joachim et Annæ

(1) Testimonio de la visita apostólica en el monasterio de Otero de las Dueñas, hecha por el Lic. D. Agustin Garcia de Atocha, arcediano de Benavente en la cathedral de Oviedo, en 1794. En el archivo episcopal de Leon.

sacro, Cisterciensis etiam Ordinis sed extrictioris observantiæ die 15 octobris 1692 deposita, ut ibi de ipsius vitæ ratione accuratum examen institueretur. Ab omni doli labe immunis declarata die 10 julii 1696 sui que juris effecta, austerius institutum jamdudum anhelans, hoc in parthenio Cisterciensem vestem denuò sumpsit die 15 augusti 1697, solutaque dote à consanguineo suo Marchione *de Inicio* professionem emisit, cognomine à Conceptione pro à Cruce commutato. Quibus in ædibus, vitæ curriculo emenso, dives virtutibus, divinisque charismatibus cumulata, Abbatissa existente, anno 1710, die vero 16 julii spiritum Deo reddidit, magna cum sororum ædificatione, nec minore mœstitia, quæ se præsertim exhibuit in ejus parentali- bus, in quibus vix poterant temperare à lacrimis. (1) Legione pridie Kal. jan. c1010cccLXXXII.

Joannes L. Castrillon.

MEMORIA ANUAL

DE LA ESCUELA DOMINICAL DE SEÑORAS DE ESTA CIUDAD.

Diferentes veces hemos dado á conocer á nuestros lectores el brillante estado de esta Escuela Dominical, en la que no se sabe que admirar mas, si los hermosos ejemplos de abnegación y caridad por parte de las Señoras de la Junta Directiva y de las Señoritas Instructoras ó los no menos edificantes que ofrecen las jóvenes alumnas con su aplicación y modestia.

Acaba de publicarse una Memoria anual de la misma Escuela, á cuyo folleto dedica nuestro apreciable colega *La Crónica de León* el siguiente suelto con el cual estamos enteramente conformes.

«Hemos tenido el gusto recibir un ejemplar, que agradecemos mucho, de la Memoria anual de la Escuela Dominical de Señoras de esta capital.

En dicho trabajo, cuya lectura es por demás interesante, no solo se dá cuenta del estado de tan benemérita instrucción, sino que tambien se publican los discursos y poesías recitados por las alumnas en el solemne acto de los exámenes y distribución de premios á las mismas.

Ponderar nosotros los beneficios de la Escuela Dominical, fuera por completo innecesario. Semejante centro de moralidad é

(1) Vida de la V. M. Sor Angela Francisca de la Cruz, por F. Pablo Yañez de Avilés. 2.^a edicion. Valladolid, por Tomás de S. Pedro Calderon. 1752. 4.^o

instrucción, al que concurren las pobres jóvenes y criadas de servicio, es una de esas instituciones de tan excelente misión, que basta enunciarlos, para que quede hecho su mejor elogio.

Réstanos, pues, únicamente felicitar al Sr. Director y á las piadosas señoras y señoritas que tan santa y útilmente consagran las tardes de los domingos á enseñar á la que no sabe, y con ellas á cuantas personas contribuyen de algun modo á la buena obra que Dios premiará.

CRÓNICA PIADOSA.

La festividad del Dulce Nombre de Jesús fué celebrada solemnemente en la Catedral, en las Escuelas Pias y en los Capuchinos donde fué orador un Padre del mismo convento.

La Congregación de la Guardia y Oración del Santísimo Sacramento tuvo en la Real Colegiata de San Isidoro sus Ejercicios de segundo Domingo de mes con sermón predicado por el Dr. D. José Mazarrasa, Canónigo de la Catedral.

En el Santo Hospital se dedicaron ayer cultos muy solemnes á su ínclito Patrono, San Antonio Abad: hizo el panegírico del Santo el expresado Sr. Mazarrasa.

TOMA DE SANTO HÁBITO.

En el día 6, festividad de los Santos Reyes, tomaron el Santo Hábito en el convento de Santa Clara de Cuenca de Campos, Catalina Robla Suarez, y Aquilina Villalan Rabadán, natural aquella de Riocastrillo, y esta de Villalón, asistiendo á tan solemne acto una inmensa concurrencia, el Clero de esta Villa y el Sr. Arcipreste de Villalón.

El digno Capellán y Misionero Diocesano Dr. D. Leonardo Fernandez Villelga, ocupó la cátedra del Espíritu Santo, y con la energía que le es característica, demostró la sublimidad del sacrificio del alma que se consagra á la vida del claustro, y las recompensas inefables que le están vinculadas; se dió fin al acto con una plegaria al Sagrado Corazón de Jesús, cantada por la novicia Aquilina Villalan.

ANUNCIO.

Se halla vacante la plaza de Sacristán de la única Iglesia de San Juan Evangelista de Villafrades, dotada en 600 reales que se pagarán en el tiempo, modo y forma que se haga á la fábrica de la misma, con mas los derechos adventicios de costumbre: la persona idónea que desée desempeñarla puede entenderse con el párroco de la expresada Iglesia.